



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Didaci Covarrvvas A Leyva Toletani Episcopi Segobiensis
... Opera Omnia**

**Covarrubias y Leyva, Diego de
Antverpiae, 1610**

20 De precibus Principi offerendis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-96570](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-96570)

secundum ea quae notantur l. i. c. de donat. inoffic. & per Bart. in l. Titia. §. Imperator col. 1. ff. de leg. 2. quem ibi sequuntur Alb. Imo. & Cuman Pano. & alij in c. xl. de donat. Curt. Senior conf. 2. col. vlt. dicens Communi sententia receptum esse, vt donatio inofficiosa re & consilio in totu reuocetur, ea vero quae inofficiosa tantum, non consilio, solum quo ad legitimam etiam si facta fuerit extraneo, quin & prior: modo facta, aliqua re liberis relicta, adhuc quo ad legitimam tantum reuocatur. lib. 1. c. vltim. c. de inoffic. donat. Bartol. in d. §. Imperator col. 1. Abb. in d. ca. vltim. 2. colum. vt tandem sere eo res ista sit a iuris vtriusq; doctoribus distincta, tendat, quo donatio inofficiosa etiam facta extraneo, quo ad legitimam tantum reuocetur, quod accurr. in d. l. 2. q. 5. & ibi Cyn. Bal. Paul. Catren. defendere conatur ex l. si liqueat C. cod. tit. gl. & la. in auct. vnde si parent. C. de inoffic. test. in fin. Aretin. conf. 47. & probatur in d. Regia l. 8. in fin. tit. 4. part. 3. qua de re late aduersus communem disputat Carolus Molina: in tract. de inoffic. donat. Nam de ea donatione, quae filio fuerit facta, & si inofficiosa sit, omnium est vnanimis consensus, eam quo ad legitimam tantum reuocari imo lege Regia tunc inofficiosa censetur donatio, cum legitimam donatarii, tertia & quintam bonorum partem excefferit. l. 29. Tauri. [Bodie l. 5. tit. 8. lib. 5. Recop.]

His etiam adiciendum est, donationem titulo inofficiosa reuocari etiam si ea non sit omnium, nec maioris partis bonorum, modo inofficiosa sit: at ex l. si vnquam. quia donator liberos post eam susceperit, non reuocatur, nisi ea sit omnium vel maioris partis bonorum, aut saltem eius partis, quae dimidia aequauerit. Bald. in d. l. si vnquam. Cyn. part. 5. dum exigit donationem factam fuisse omnium bonorum, vel magnae eorum partis. non enim dixit simpliciter, aliquid partis, fed magnae, cum & appellatione partis dimidia sit intelligenda. L. nomen filiarum §. portionis l. re de §. vlt. ff. de verb. signif. cum alijs, quae pulchre ex varijs authoribus ad huius significationis rationem adducit Andreas Tiraq. in d. l. si vnquam gl. omnia vel partem aliquam n. 8. igitur appellationem magnae partis iustius dimidia interpretabimur. sicut & alij, qui huic opinioni subscriperunt, quoru Tiraq. meminit n. 7. scribens n. 23. Communitatem esse Opinionem, vt locus sit reuocationi donationis ex l. si vnquam. etiam si donatio facta fuerit infra dimidiam, aut minoris partis, quae sit dimidia. ex Bal. & Cuman in d. §. Imperator, Imol. in d. ca. vlt. col. 5. las. in l. 2. n. 10. & ibi. Dec. col. 2. c. de part. & alibi, quos ipse Tiraq. citat. n. 13. quorum opinio iure verior est, si consideremus verba dict. l. si vnquam. d. vbi scripsit Imperator. bona omnia vel partem aliquam. Quibus ita praenotatis secundum, huius regni constitutiones donatio facta extraneo, ratione & titulo inofficiosa reuocabitur in totum, excepta quinta bonorum parte ipsius donatoris, hanc siquidem quintam partem bonorum donatoris retinebit ipse donatarius, cum reliquae partes constituant portionem legitimam liberis eius debitam. Si tamen donatio reuocetur ex c. d. l. si vnquam. tunc in totum omnino rescindetur, nec quinta bonorum pars erit consideranda, vt eius ratione quidquam ex reuocatis ad donatarium pertineat.

CAPVT XX.

An vitium in exprimenda causa impulsua, vel ea tacenda contingens, concessioni principis noceat.

SVMMARIA.

1. An si principi significandum id quod cum, & si certus esset, minimo auerteret a concessione, & nu. 5. item an exprimenda ea, quae expressa vitium non adferunt.
2. Impulsua causa que sit, & que finalis, vbi ex hoc deducuntur plura.
3. Intellectus gl. in c. cum essent. de simon.
4. Interpretatio gl. in c. consilium. de cur.
5. Exponitur ratio gl. in c. vnica. de clericis non residentib. in sexto.
6. Littera ad beneficium, cui cura animarum non incumbit hoc expresso, quod curam habeat animarum, an iure valeant.
7. Falsu valet beneficij in litteris expressus, quandoque easdem non vitiat, Imperans a principe indulgentiam homicidij tenetur mentionem facere prius a cura a principe sibi alterius homicidij concessa.
8. Principi a Rege licentiam constituendi maioratum §. n. reuocatur mentionem iure filiorum omnium quas habet, sortis numerum exprimens.

Pura solent a iuris vtriusque interpretibus passim tradi circa preces ad aliquid impetrandum principis, offerendas, vt iure expeditum sit, quae sint, dum preces porriguntur, exprimenda, praecauendaue, ne falso ipsi principi significentur, cum sepius ex taciturnitate, vel obreptione, ea quae conceduntur viribus aequissime sint caritura. Et praeter alia a plerisq; obseruatum est vitium commissum in exprimenda, aut tacenda causa impulsua, nulla quo ad effectum efficere confessionem principis text. singul. in c. postulasti de rescriptis. & pro habente, inquit, sufficiens beneficii subsidium. Tex certa scientia super abtinendo alio beneficio de leui non scribimus, quin faciamus de primo in nostris litteris mentionem, ex his etenim verbis hoc deduxerunt Panor. Card. Fel. Deci. & alij ibidem. idem Deci. in c. cum cessante col. 2. de appellatio. las. conf. 105. d. 1. Corn. elegant. conf. 34. li. 1. col. 1. quo fit, vt gratia a principe concessa alicui, viribus non subsistat, si causa in precibus expressa falsa fuerit, quo quidem comperito princeps non ita leuiter precibus annuisset, tamen si nihilominus tandem ab eo petum concessisset. Similiter idem erit, vbi aliquid in precibus subiectur, quo expresso princeps maturius cogitasset, deliberassetve super gratia concedenda, & tamen eam postremo concessisset vtroque enim casu deficiente causa impulsua deficiet ipsius principis gratiosa dispositio.

Quod fortiori ratione probatur, si consideremus in his, quae circa impetranda ecclesiastica beneficia tractantur, taciturnitatem eius, quo expresso gratia adhuc concederetur, ipsam gratiam vitare, text. in c. non potest. in princ. & text. & gl. in c. si motu proprio. de preben. in 6. text. in c. si proponente de rescriptis. tradit Fel. in c. ad aures. in verb. non conclusio. & in d. c. super literis. col. 2. eo it. igitur si tacetur id, cuius expressio difficultiorem reddidisset principem, maiori ratione gratia deficiet.

Contraria sententia aliquot rationibus fulcire conabimur, quibus fortasse videbitur iure satis probari, in rescriptis a principe obtinendis vel obtentis, defectu causa impulsua nequaquam esse considerandum ad hoc, vt ipsa rescripta proprijs viribus destituatur. Ei primo quamuis defectus causae finalis inane reddat ipsam dispositionem, quod notissimum est, defectus vero causae impulsuae minime obstat, quin actus ipse validus omnino censetur, quem admodum frequentissime adnotatum est, & praecipue a glo. & Dd. in c. post translationem. de renunciat. in c. si Christus de iur. iur. in c. cum cessante de appell. in l. si mulier. C. de iure dotum. in l. 1. §. sexum. ff. de postul. in quo in loco Iuricons. scribit Calphurniam femina impudicam causam dedisse edicto, ne feminae postulandi manus exercere possent. Meminit Valerius Maximus l. 8. c. 3. Caiae Afraniae, quae cum impudentia abundaret, multatis foro latratibus assidue tribunalia exercebat, vt non temere Andr. Alei. l. 2. Parerg. c. 38. existimet apud Iuriconsultum legendum esse, Caia Afrania, non Calphurnia.

Secundo ad hanc rem adsumitur iuris regula, quae dicitur impetrantem aliquid a principe non teneri facere mentionem eius, quod & si expressum esset, non impediret impetrationem, text. in c. super literis. de rescr. vbi Abb. Imol. & alij hanc ipsam conclusionem veram esse censent etiam in gratis, quae sunt a Romae Pontifice circa obtinenda ecclesiastica beneficia.

Tertio probatur in c. dudum. vers. considerantes. de preb. in 6. quod eadem regula palam a Romano Pontifice etiam in beneficijs consequendis traditur. Et vterius in c. si pro Clericis pariterib. eod. tit. nam licet defectus sacri ordinis in postulandis beneficijs alicuius momenti sit, tamen etiam si impetrans non significauerit principi te nondum sacris ordinib. insignitum esse beneficium ex litteris Papae obtinebit, quia tandem expresso princeps gratiam concessisset, quod constat ex stylo curiae Romanae, & consuetudine, qua in his gratis expediendis, vitur ipse princeps, secundum Lapum allega. 89. in 2. ratione. Barba. consil. 46. col. 2. lib. 2. & Felin. in d. cap. super literis. nu. 8. Igitur si causa impulsua eius est conditio, vt quamuis quoquo modo in animum principis poterit inducere faciliorem eorum, quae petita fuere, concessionem, principaliter tamen id principi non persuaserit, nec fuerit praecipua concessionis ratio: aperti iuris est vitium, vel in ea exprimenda, vel tacenda contingens, nullo pacto posse principis concessionem inefficacem reddere, cum tandem etiam hoc principi patefacto eandem gratiam petenti fecisset.

Qua ratione ad huius quaestionis congruam resolutione

tas, si probetur legatem minime legaturum fuisse si sciret
causam expressa esse, legatu in efficax est. *l. cum vale. §. si iam*
de condi. & demonst. fortius igitur inutilis est concessio prin-
cipis, quem ratione moveri oportet, si fallitatem, aut surre-
ptionem commiserit commissam fuisse precibus, quib. cō-
perta veritate minime princeps ipse annuisset.
Fallitas vero, aut surreptionem in posteriori causa cōtingens
adhuc principis gratiam inualidam efficit iuxta communem
omnium traditionem in *d. c. postulasti*. vbi Dec. ab ea dūcedit,
& profecto vbi causa impulsiva notabiliter principē mo-
ueret, admitti posset communis opinio, ac iure defendi: sed
si ea eius fuit conditione, ut boni viri arbitrio principem
nō mouisset notabiliter, iure verius est eius fallitatem, aut
surreptionem non officere gratiā, vt probatur in *dict. ca. dudum*
aque ita cōcilare conatur discrimen iudicis vniuersique
vniuersissimi Mart. Azpil. in *c. si quando de rescri. 3. exceptio.*
Imo etiā si causa impulsiva notabiliter moueret principē,
tamque difficiliorem redderet ad gratiā concessionē, eam
tamen nihilominus absque vilo moderamine, vt concessa
fuit, tandē concessisset, non arbitror locum esse commu-
ni opinioni, & gratiam inualidam esse censēo ex his, quae
hoc ipso capite aduersus communem adduximus. Tunc
etiam exitimo causam impulsivā notabiliter principem
mouere, cuiusque rationem habēdam fore, cum ea principi
vere significata, princeps non ita, vt concessit, gratiam fe-
liciter eidem concessioni moderamina quadam adhi-
bisset, ex quibus cautius petitis prouisum esset. sic sane
interpretandum esse opinor, quod ex *d. c. postulasti*, cōmuni
omnium iudicio deducitur.
Verū vt his, quae priorem sententiam probare videntur,
obiter satisfaciamus, notandum est taciturnitatem earū qua-
litatum, quarum expressionem ius nominatim nō exigit,
tunc demū obesse principis concessioni, cum eis sibi signifi-
catis petitum minime concessisset. *d. c. super literis*. vbi omnes,
Panor. in *c. confitetur. col. 1. de relig. domi.* Quod si tacerit im-
petrans aliquā qualitatem, cuius expressionem ius requirit
cōcessum a principe virib. caret, etiā si ea qualitate expres-
sa nihilominus princeps idem concessisset. *tex. & glot. in d.*
l. omni proprio. c. non potest. c. si proponeret. tenent in specie Dom.
in v. & ibi Franc. in d. c. dudum. Fel. in d. c. ad aures. vers. noua con-
ditio. & in d. c. super literis. 2. col. Petrus Rebuff. in forma mand. Apo-
stoli. §. pro expressa ad finem. & in tract. nominationū. q. 9. n. 50. quibus
in locis vltra Fel. plura cōmemorat, quae de iure sunt, & ex-
primenda in precib. principi offerēdis, probatur hoc. nam
pro forma iura exigunt harum qualitatum expressa men-
tionem. d. c. ad aures. Forma vero obierunda est ad vnguem
etiam in minimis & similib. iuxta l. 1. & ibi Bald. ff. de lib. &
postul. Bald. in l. vlt. C. de sus. & legit. hered. vers. ex hoc elicitur. Dec.
in de appellatōib. 2. col. de appellatōib.
Ex quibus plura poterunt examinari, & primum quod
scribit Rota in antiquis 562. nemp. gratiam à Romano Ponti-
fice impetratā ad beneficium cui nō inerat cura anima-
rum, facta tamē mentione, quod id eam curā haberet, nul-
lam esse, vt potest surreptitiā, nam licet fuerit Papa concess-
isset beneficiū à cura animarū immune cōperta veritate,
adhuc ea expressio fallitatis preteritū nocet gratiā, quia
cōtingit in his, quae de iure necessario sunt exprimenda, vt
cura animarum *ca. cum in illis. de prob. in 6. clem. 1. eod. tit. regu. Cā-*
cellariae 65. Rota in nouis. 292. igitur sicut omisio eius quali-
tatis, quae de iure necessario est exprimēda, officit gratiā,
quāuis eos nihilominus princeps cōcessisset, ita falsa men-
tio huius qualitaris nocet, etiā si veritate cōperta idem
eius princeps concessurus, quem admodum ex priori deci-
sione Rotae colligitur, dum allegat *cap. cui de non sacerdotali. de*
prob. in 6. c. cap. suscipiunt. de rescrip. eod. lib. quibus idem probari
videtur. Sed si exacte mens & verus sensus decisionis per-
pendatur, ex ea contrariū manifeste deducitur, qua ratione
probatur, fallam mentionē eius qualitaris, quae iure expri-
mienda erat, tunc nō nocere gratiā, cum causa demonstra-
tionis sit. l. falsa. ff. de cond. & demonst. nec ex hac fallitate prin-
cipis inductus fuerit ad cōcessionem eius, quod alioqui ex
certa sententia minime concessisset. *d. Rota decis. 562. & ex-*
pressus ac diligentiū decis. 19. tit. de prob. in antiquor. & in antiquis 582.
Panor. significante. col. pen. idem in c. super literis. n. 6. de rescri. & ibi
Fel. col. 2. optime Ioan. Staph. de literis gratiā & iustitia fol. 52. tit.
de modo & forma imperandi. Domin. conf. 111. constat siquidem
de corpore de ipso inquam beneficio, quod conferre vult
summus Pōtife. ideo nimirū si parum noceat falsa demō-

stratio. Et maxime quod nullus dolus in hac falsa qualita-
tis mentione praesumi potest, cum ea non expressa facilius
obtentum esset apud principem, quod praedicti auctores
animaduertunt, secus esse opinantes si causa restrictionis,
aut taxationis huius qualitaris foret facta mentio, quia eo
casu non posset ipsa gratia trahi ad id beneficium, quod ea
qualitate caret, licet id facilius à Rom. Pont. cōcessum foret,
vt recte intelligentib. satis notū est ex *d. c. cui de non sacer-*
dotali. & c. susceptum. ne gratiā ipsam exequamur in beneficio
sub ea minime cōprehensio. His accedit alia consideratio,
nam vbi beneficio inest qualitas, cuius de iure mentio est
in precib. faciēda, ea proculdubio exprimi debet, vt super-
ius dictū est, etiam si ea non expressa princeps precib. an-
nuisset. At si aliquid precibus exprimat, quod beneficio
petito nequaquā inerat, & eo non expresso, idem princeps
concessisset, licet id pertinet ad qualitates iure exprimen-
das, non vitiat, ut hoc gratia à summo Pontifice concessa
vt ex Rotae decisione palam deducitur,
Secundo hinc facilius discutietur, quod tradit Anch. *conf.*
295. pro clarior. n. 13. dicens, literas obretas ad beneficia Ec-
clesiastica validas & efficaces esse, † quamuis falsa fuerit
eius beneficii, quod petitur, valoris mētio, modo appareat
nihilominus vero valore expresso eisdem principem con-
cessurum fuisse: dubium etenim hoc videtur, ex eo quod
licet de iure verus valor beneficii in eius interpretatione
exprimi nō debet iuxta gloss. in *Clem. 1. de prob. & ibi Dd. & in d.*
c. ad aures, tamen de stylo curiae Roman. & ex regulis Cā-
cellariae exprimendus est necessario verus beneficii valor,
reg. Cancell. 21. & 61. vbi gl. & Lud. Gomez post Fel. in d. c. ad
aures. n. 10. & in c. caus. qu. in 2. de rescri. n. 6. Rota in nouis 262. Old.
con. 216. Card. in d. Clem. 1. 3. col. Selu. de benef. 3. par. q. 12. col. 2. Dec.
conf. 156. Rebuffum in tract. de nomin. q. 9. n. 29. ideo cum fallitas
contigerit in ea qualitate, quae necessario est Pōtifi signifi-
ficanda, parum tuta, imo suspecta est Anch. opinio. atq; ita
eam reprobatur. Fel. in *d. c. ad aures. n. 12.* ex his quae paulo antea
notauimus, & praesertim propter *tex. in d. c. cui de non sacerdot.*
cui tamen iam satis responsū est, quamobrē Anch. sententia
potius mihi placet, liquidē verus valor iure non est ex-
primendus, & quamuis ex regula Cancellariae contrarium
appareat, ea regula stricte est interpretanda, cum verus va-
lor beneficiorū difficilem habeat certitudinē auctore Lud
Gomez. in *reg. de valore exprimendo. q. 11.* quo fit vt error in hoc
exprimendo minime sit considerandus, vbi principis vol-
untas constat. accedit ad hoc, quod notanter scribit Re-
buffus in *d. q. 9. n. 44.* adseuerans, nominationem, quae apud
Gallos obtenta fuerit, facta mentione beneficii obtenti, &
eius valoris, maiori tamen quantitate expressa, quam verē
valuerit, admittendam esse, quia etiam si nominationem
cōcedentes cognitionem habuissent veri valoris, nequa-
quam nominationē negarent, imo eam facilius concessis-
sem. deinde Anch. sententia minime aduersatur decisioni
Rom. Pont. in *d. c. cui de non sacerdotali.* Nam aut verus valor ex-
primatur in literis gratia taxationis, & tunc non potest ob-
tineri vt praedictarū literarum aliud beneficium minoris
valoris, cum id repugnet voluntati principis *d. c. cui de non sa-*
cerdotali. aut verus valor significatur, vbi constat de corpore
beneficii, causa demonstrationis, & eo casu admittendum
est quod Anch. cenlunt, nec gratia propria virtutem amittit
ex errore valoris expressi, si vel propter minorem va-
lorem, vel alias apertū sit principem etiā certum de vero
valore idem concessisse concessurumve, quod in specie
sequitur Anchar. tradit Ripa in *d. c. ad aures. n. 78.*
Solet tamen ad effugiendū vitium istud, quod committi
plerumque videmus circa valoris veri expressionem adhi-
beri prouida cautio, qua valor significatur vsque ad certam
quantitatem his sane verbis, Cuius valor centū aureos non
exceedit, aut quod valet vsque ad centum aureos. Sic ete-
nim apud Romanam curiam fit, vt valor beneficiorū, qui
parum certus esse potest, absq; periculo exprimat, gl. in-
signis in *c. quamuis in verb. vsq; ad certam in priori eius. parte. de prob. in*
6. & ibi Dd. in Clem. 1. 4. nota. de concess. prob. Franc. post alios in d.
c. cui de non sacerdotali. col. vlt. Dom. conf. 133. col. 3. Fel. in d. c. ad aures.
conclus. 9. & 10. Io. Staph. de literis gratiā & iust. fol. 29. col. 1. Lud.
Gomez. in tract. de expectatiuis n. 103. deducitur tandem exprē-
missis, quae diximus ad interpretationem *tex. in c. cui de non*
sacerdotali. iure ibidem constitutum esse, vt in maiori summa
nequaquam subintelligatur separatim minor, quae speciem
distinctam à maiori constituit: cum maior gratia taxationis
fuerit

fuerit expressa: & ideo refragatur voluntati Romani Pontificis maiorem summam ut certam speciem significantis, quod eius literę de minori summa differentie specie intelligatur secundum Ancha. Domini col. 2. Franc. 3. in d. c. cui de non sacerdotali. Dec. in c. constitutus. col. 3. de rescrip. 10. Crotium 1. l. c. h. n. 5. Alc. n. 34. in l. 1. §. si stipulanti. Soc. Iun. §. in Cato. n. 73. ff. de verb. obl.

Nec satis facit quod Iafin d. si stipulanti col. 2. & 6. & Domini in d. c. cui de non sacerdotali. scribunt dicentes, minorę summam inibi sub maiori non includi, ex eo quod sumus in materia strictissimę interpretationis: nepe in literis beneficia conferenti, seu datis ad beneficia obtinenda, quę tanquã ambiciose, ut in c. quamuis in 1. de prob. in 6. sunt intelligende iuxta rigorosam interpretatione. Nam maior summa ex proprietate sermonis minorem continet. l. si quis cum totum. ff. de excep. rei iudic. §. si stipulanti. vbi hoc ipsum adnotarunt, Aretin. Soci. idem Iafon. & alij Communiter. in quacunque vero materia & si odiosa sit, adsumeda est interpretatio a sermonis proprietate. textus celebris in l. cum lege. ff. de testam. vbi Areti. & Cald. consi. 2. de consangu. Deci. in c. cum ordinem. col. 2. & in c. sedes de rescrip. & in c. 1. de consi. col. pen. & in c. at si clerici. §. 1. col. vlt. de iudic. idem in regul. factum. §. in penalib. & in regul. in contrahenda. ff. de regul. iur. consequitur igitur in d. c. cui de non sacerdotali. minorę summam maiori non inesse: ex aliqua ratione potius quam ex ea, quam Domini. & Iafon comminiscuntur. Sic sane non placet quod glo. in reg. plus de regul. iur. & in c. vlt. in verb. maiores de consuetu. in 6. Areti. in c. vlt. col. 2. de accusat. Alex. in d. §. si stipulanti. ex eadem decisione collegerunt, scilicet in mandato hominis minorem summam sub maiori nequaquam comprehendere, cum in forma diligenter seruanda: id etenim falsum est. cum & in mandato hominis, quod minus est, sub maiori intelligatur. l. rogatus ff. de manda. l. si vltra. C. de si deus. l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ff. de acquir. her. siue id mandatũ a superiori siue ab inferiori processerit: siquidem vtrumque a mente ipsius mandantis interpretationem adsumit: ut in specie ista probat Deci. in l. in eo quod. plus. ff. de regul. iur. tamen Fortun. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 58. conetur inter mandatũ superioris & mandatũ inferioris differentiam constitutere.

Tertio principali huius capituli resolutione probatur, verum esse quod adseruat glo. a Dd. ibi recepta in c. vlt. concess. praben. lib. 6. scribens, vbi Romanus Pontifex mandauerit Titium recipi in canonicum Ecclesię Salamanticęsis, nõ obstante certo canonicorũ numero ibid. statuto eundem Titium recipiendum esse, licet in eadem Ecclesia nullus sit certus canonicorum numerus statutus. Nam si Romanus Pontifex ex certa sciẽtia sciens in eadem Ecclesia non esse certum canonicorum numerũ statutũ, idem mandatũ dedisset, minime cõuenit, eas literas velut obreptitias surreptitiasve a canonicis repelli. ex d. gl. quę sequuntur Bald. in c. Cumana de elect. col. 1. Fel. & Dec. col. 2. in c. constitutus de rescrip.

Quarto, omnibus superius examinatis & ad amussim perpenſis, poterit considerari, num verũ sit quod Guiliel. a Cuncto in l. 3. C. de Episc. audien. tradit scribens remissionem homicidij eiusque abolitionem a principe impetratam, non facta mentione prioris indulgentię simile crimen eidem impetranti dimittentis uti surreptitiã inualidam esse, quia princeps si certior factus fuisset, eum homicidam veniam criminis postulante, prius aliud homicidium perpetrasse eiusque veniam obtinuisse, retraheretur ab huius venię, quę modo petitur, concessione. Et quamuis Princeps tute absque animę periculo, & criminis reatu possit remittere criminis pœnã, quę in satis factionem Republicę a legib. instituta fuerit, vbi ex hoc ipsi Republicę damnum minime sequatur: & absque læsione priuati iniuriã passis: secundum Thom. 2. 2. q. 67. ar. 4. & Maiorem in 4. dist. 15. q. 19. Fel. in c. qualiter. §. ad corrigendos. n. 36. de accusatio. pulchre Alfonso a Cast. li. 2. de potestate leg. penalis c. 12. vers. contra hanc secundum. attamen ob defectum voluntatis apparet admittendam esse Guiliel. opinionem, quam sequuntur Barb. in c. dilecti. in 1. de rescrip. n. 26. Bal. in d. l. 3. Fel. in d. c. postulasti. col. 3. Iaf. in l. nec damnosa. C. de precib. impera. offeren. nu. 3. Anan. in c. ad abolendam. col. 2. de heret. Ioan. Lup. in c. per vestros. 4. notab. num. 11. de don. inter vir. &

vx. Ioa. Crott. in c. vlt. col. pen. de consi. in 6. Andr. Alc. in c. cum non ab homine. nu. 43. de iudic. Ferdi. Loaz. in tract. de matr. dubitacione. nu. 6. qui ad hoc Regiam eandemque expressam constitutionem refert. q. 2. est in 1. lib. 1. ordinatio. quę quidem & Guiliel. loquuntur quando in eodem genere delictum reperitur, quãl contrarium sit obseruandum, vbi dicitur delictum is qui veniam postulat, fecerit. quod exprellim Alc. not. d. nu. 43. consules iudici, ne statim propter Guilielmitentiam delinquentem puniat, sed ipsum principẽ admoneat prius, ut ei rescribat quę fuerit eius mens in preſati criminis remissione, nec tamen opinor hoc necessariũ esse, tamen equissimum videatur. comprobatur Guilielmit decisio per text. egregium in c. 2. de filijs presby. in 6. a cuius ratione Ioa. Andr. Domini. col. 2. deducunt necessarium fore, ut in secunda alicuius vitij dispositione mentio primę circaidem concessa omnino fiat. idem scripsere Rotę iudices de his. 280. in antiquis. Abb. post Innoc. in c. veniens. solu. 4. de prescrip. & Paul. Paris. consi. 74. ad finem. lib. 4.

Quinto libet hoc in loco non incongrue ex his querere quid dicendum sit de eo libello, quo rex licentiam exhibet alicui eam petenti, ad constituendum primogenitũ ex bonis suis etiam cum præiudicio portionis legitime, quę ceteris filiis iure debetur: vbi is qui petit licentiam plures habet filios, nempe octo, decem aut duodecim: non facta principi mentione numeri liberorum, tamen corũ in genere meminerit. memoria teneo cum semel in litem hæc incidisset quæritio, quibusdam visum fuisse, hunc principem libellum viribus non subsistere, utpote veritate tacta obtentum: forsitan enim princeps certus de numero filiorum minime dict. licentiam cõcessisset, vel ei moderamen aliquod adscripsisset, quo tot filiorum præiudicio mederetur, quin & iure hoc fulciri poterit. nã si quis impetrare velit a principe legitimationem filij illegitimi, & si filios habeat legitimos & naturales, tenetur principi exponere quot filios legitimos & naturales habeat: ita quidẽ ut & numerus certus principi significetur, sicuti expressim hoc adnotauit Præposit. in c. per venerabilem. §. quod autem col. 15. vers. auerte nunc ad plenitudinem qui filij sunt legit. & post eum Curt. Sen. consi. 19. vers. capio tertium. & consi. 35. col. 9. & consi. 70. vers. cum impugnari poterit. argum. nec ei. §. vlt. ff. de adop. vbi Iuriconsultus scribit in causã cognitione, quã adoptio ni præmittitur, agendum esse de numero filiorum adoptantis. in contrariam sententiã itum est, ex eo quod princeps has facultates cõstituedi primogenium in honore nominis, gentis & familie solitus sit facillime cõcedere, hac apposita cõditione, ut ceteris filiis, qui a primogenio excluduntur, eiusque ratione legitima portio priuatur, cõgrua alimẽta exhibeantur nec quicquam solet mouere principem, maior vel minor filiorum numerus, quemadmodũ frequenter obseruatum est, quo fit ut ex huius capituli principali resolutione conuode possit hoc dubium definiri: nõ obertit quod ex Curtio traditum est. nam & si passim apud vtriusque iuris interpretes obseruatum sit, legitimationem filij illegitimi inualidam esse, nisi principi mentio facta fuerit filiorum legitimatorum & naturalium, quos pater habet. per textum autem. quib. mod. nat. esse legit. §. si vero. tractat. late Andr. Tirap. in l. si vnquam. C. de reuoc. dona. in verb. donatione largitus. num. 254. mes item huius assertionis meminimus in Epitome de matrimonio. 2. part. c. 8. §. 9. nu. 7. p. cui tamẽ præter Curtium & Præposit. exprimendum esse numerum filiorum adnotarunt. Sed & si eius opinionem admittamus, ut fortasse est vera & intelligenda, vbi legitumatio fit ad consequenda iura omnia filij legitimi & naturalis, & simul legitimus patri cum legitimis & naturalibus succedat, quo casu legitimus & naturalibus ex ea legitimatione legitimo portio dimittitur: maiorque eis læsio contingit vbi maior est eorum numerus: ideoque ratio dicat hoc esse principi significandum: secus est in ea quam tractamus specie. Princeps enim facilius permittit primogeniũ constitui ex eo patrimonio quod alioqui in plures diuinctum partes ob maiorem filiorum numerum facilius dissipabitur, ad extraneosque alienatione rerum aui fundi deuenient, quod & huius Regiã constitutiones abhorreere videntur.